



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

Art. I. Christvs & Deipara non habuerunt Timorem Seruilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

BONVM EXEMPLVM FUNDAMENT. 421

Inquit Ecclesiastes cap. XII. II. sicut stimuli, & quasi clavi in  
stum defixi, quæ officium faciunt, quod in Architectoni-  
ca Pali, ad humorem ædificationi noxiū extunden-  
dum.



## SERMO XV.

### TIMOR DOMINI SERVILIS

*Quà Fundamentum, duo extrema vitet.*

---

#### ARTICULUS I.

##### CHRISTUS ET DEIPARA

*Non habuerunt Timorem Servilem.*

**Q**uibus animæ solum non est palustre, id est,  
qui nullo sunt cupiditatum luto inquinati,  
aut peccati undis immersi, eo fundandi ge-  
nere, ad quod *Timor Servilis* reqiritur, non  
indigent, ut altissimum virtutum palatum  
in se extruant, vel habeant in anima erectum. Quare ille  
fundandi modus omnibus non est necessarius. Certè, in  
CHRISTI Domini animam peccati omnis incapacem,  
infigi non potuerunt, ob plus, quam ad adamantinā sta-  
bilitatem, Pali *Timoris Servilis*, licet *Dono filialis* fuerit præ-  
ditus, secundum Isaiæ oraculum. DEIPARA quoque  
Virgo, quoniam terram mentis non habebat, vel luxu-  
riæ sordibus inquinatam, vel concupiscentiâ uadam, vel  
lasci-

422 OPUSCULUM IV. SERMO XV.

Lascivia lubricam, vel vanitate fistulosam, vel spongiosam inconstantia, istius modi *Pali* non egebatur. Quocumque, ut illam Timoris casti & filialis nunquam fuisse experientem, ita nullam Timoris Servilis partem habuisse omnino mihi persuadeo.

---

ARTICVLVS II.

TIMOR DOMINI SERVILIS

*Hominibus ceteris plurimum conductit ad inchoandam  
Ædificationem Domus Spiritualis.*

**V**IRTUTIS hostes jurati, quorum istud unicum est votum: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea, id est, Fundamentum funditus evellite, cum non nesciant, Spirituale Ædificium in palustri nostro solo substructionem Timoris Servilis postulare, id sedulò curant, ut Timoris illius, vel Carbones calcari, meditationis incubente machina non valeant, vel Pali infigi, considerationis judicii & gehennæ impulsu non possint: nam & meditationem, & considerationem omnem salutarem dissipare conantur. Utitur autem hoc ad perficiendum Cacodæmon fidei Catholicæ adversarius, per quos diffidens Zizania, docet inter alia, malum, Deo quæ integratum esse pœnæ timorem, nec fas esse Christiano, pœnam, quamvis gehennalem metuere. Est enim inter absurdissimos sectariorum qui superioris ævi hæresiarum nominatissimum sequuntur, errores, iste: omnes pœnarum inferni Timorem non modo inutilem esse, sed etiam cum lethali junctum culpa facere hypocritam: atque idcirco pœnitentiam, quæ ex Timore caliginosum nascitur,